

Lektion 12 Zeile 24-54

Mox p̄stōres illum in Palātīō,

hunc in Aventinō vultures exspectāre viderant. Dii his locis vultures exspectābant, cum subitō Remus vocāvit: »Videte! Sex vultures! Sex vultures advolant!« Multitūdō p̄stōrum, postquam hōs vultures vidit, magna vōce Remum vicisse vocāvit.

Qui jam victōriam suam celebrāvit, cum Rōmulus: »Duodecim, videte, duodecim vultures adsunt! « clamāvit. P̄stōres, qui haec audiverant, hunc vicisse cōnsenserunt, illum reliquerunt, in Palātium abierunt.

Hōc locō Rōmulus iam bovi iugum imposuerat, quō sulcum facere coepit. Tum p̄stōribus:

»Dei«, inquit, me hanc urbem condere

et vōbis sedes certās atque patriam novam dare iusserunt. Itaque nunc sulcum faciō, qui finis patriae nostrae est. Hostis est, qui hunc sulcum trānsit aut trānsire cupit.« Remus, qui haec audiverat, risit:

»O Rōmuue frāter, putāsne re verā istum sulcum hostibus terrōri esse? Unō pede eum transire et in istam patriam im>ādere possum!

Vix pedem in sulcō posuerat,

cum Rōmulus gladium strinxit

et Remum, frātrem summ, ante p̄stōrum oculōs necāvit. His, quibus iste cōnspectus terrōri erat,

Rōmulus: »Hōc modō«, inquit, »nostram urbem ab istis hostibus defendere semper parāti esse debemus!«

Turn Rōmulus urbem, quam condiderat, ex nōmine suō Rōmam vocāvit.